



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Confessionis impedimenta sunt duo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

**Augu<sup>s</sup>.** Septies in die cadit, & resurgit. Nam  
**Auguf.** secundum Patrem Augustinum. Bo-  
 na uita est causa salutis nostrae. En-  
 igitur quoniam pacto debeat esse con-  
 fessio ..

*Confessionis impedimenta  
 sunt duo.*

**P**rimum est pudor, qui multos  
 retrahit a penitentia, contra  
 quem apponitur duplex reme-  
 dium. Primum est uirtus diuinae in-  
 tuitionis. Vnde Paulus dicebat. Om-  
 nia nuda & aperta sunt oculis eius. Et  
**Ambr.** Quare erubescit peccator  
 manifestare peccata sua, quae & Deo,  
 & Angelis omnibus sunt nota & ma-  
 nifesta. Secundum, est comparatio  
 future confusionis. Vnde dicebat  
**Naū .4.** Propheta Naum. Reuelabo pudenda  
 tua in faciem tuam, & ostendam con-  
 fectis gentibus nuditatem tuam. Secun-  
 dum impedimentum est timor, qui  
 duplex est. Primus est laboris. Con-  
 tra quē debet homo considerare me-  
 cedem magnam quae laborantibus de-  
 betur. Vnde Pater Augustinus ait. Si  
**Auguf.** labor terret, merces inuitet. Et Iho-  
**lyd.** dorus. Qui uitae futurae praemia dili-  
 genter excogitat, mala omnia praesentia



tis vitæ æquamiter portat. quoniam ex illius dulcedine huius amaritudinem temperat, & ex illius eternitate, huius despicit breuitatem. Secundus est perseuerantiæ. Contra quem apponitur auxilium Dei. Vnde Paulus dicebat. Fidelis deus qui non patietur uos temptari supra id quod potestis, sed facit cum tentatione profuentum, Hoc idem dicit Pater Augustinus. Fidelis Deus qui se protectorem suorum electorum fore promittit, non patietur uos pro se tribulatos temptari supra id quod potestis.

1. Co, 10

Auguf,

*Ad constantiam pertinent  
quatuor.*

**S**tabilitas in his, quæ sunt fidei. Sic dicebat Paulus. Vigilate & stete in fide. Et ad Ephes. Non sumus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni uento doctrine. Tobias quoque ait. Vitam illam expectamus, quam Deus daturus est his, qui fidem suam nunquam ab illo. Grauitas, seu equanimitas in utraque fortuna. Tullius. Præclara est æqualitas in omni uita, &c. Reg. decimo quarto. Sic est, Dominus meus rex, sic Angelus Dei,

1. Cor. ultimo.

16. Eph, 4,

Tullius.

2. Reg. 14.